



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

tissima civitas, eiusdem nominis colit CHRISTINAM, cui non satis fuit animo *saucium in cruce pendulum IESVM corde aspicere*, nisi corpore etiam *stigmata (familiaria eius Signa)* infigeret. *vixit anno salutis M.CCCC. LXIV. Ex Fast. Gelen.*

XXII.

DUSSELDORPII in Ducali Residentia, & Societatis IESV templo Translatio SS. Martyrum IRENTII, SAVINI, CYRILÆ & EUPHEMIÆ; priores Roma; posteriores Virgines & Martyres, Regnum Poloniæ ad votum Serenissimæ REGINÆ ANNÆ CATHARINÆ CONSTANTIÆ dono misit, quibus Serenissimus PHILIPPVS WILHELMVS more suo Comes Palatinus Rheni, Julia, Clivia, & Montium Dux unâ cum serenissima Domina Vidua Matre MARIA FRANCISCA, Serenissimâque Coniuge ELISABETHA AMELIA, Nobilitate, Clero, Praesidio, Urbæque universâ comitante extra portas obviam progressus, piâ eisdem prece excepit: inde ab equitibus perpetuâ serie dispositis, & ab effuso populo inter festas, ex munimentis, Rhenoque ipso, tormentorum explosiones faustâsque omnium acclamations, in Urbem Templumque Societatis adducti sunt: ubi Hymno Ambrosiano & officio

& officio ab exquisitissimis per Germaniam Symphoniacis inter suavissimos modulos, atque si les dulciores rarissimâ Harmoniâ decantatis, S. SABINVS eadē, quâ inductus fuerat pompâ, festivè *in Arcem eductus, sacrario eiusdem impositus est, serenissimorum & urbis Tutelaris futurus. Ex Annal. Collegij.*

XXVIII.

IN *Hoven ad Sulpiacum Virginum nobilium in Parthenone, Venerabilis GVDÆ Virginis Converse* memoria, quæ singulari obedientiâ, submissione, charitate, morum candore, & laborum patientiâ ita conspicua, DEO QVE grata fuit, ut culinaria officia obeunti CÆLITES cum Puerio IESV multâ luce spectabiles frequenter assistere visi sint. *Ex Fast. Gelenianis.*

XXX.

IN *Patrum Societatis IESV EIFFLIÆ Collegio S. DONATI Martyris Translatio, quem anno post Servatoris adventum M.D.C.LII Ramâ eidem Collegio dono milit admodum reverendus in CHRISTO Pater GOSWINVS NICKEL ex Coslar Iuliacensis Ducatus, decimus Soc. IESV GENERALIS ex Cœmeterio S. AGNETIS extra*
portam